



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XIX. Markgraf Waldemar vereignet der Stadt den Wall im J. 1317.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

XIX. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt den Wall im J. 1317.

Nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchyo recognoscimus in his scriptis publice profitendo, quod fossatum castrum in perleberch, dictum in vulgari »*Wal*« dedimus et per presentes literas damus et appropriauimus ciuitati dicte ciuitatis perleberch, Ita quod more aliarum hereditatum ipsius ciuitatis ciuilitati applicetur nunc et in eternum, renunciantes omnibus iuribus et actionibus, que nobis in memorato fossato verius competebant. In cuius rei testimonium presens scriptum robore nostri sigilli duximus consignandum. Datum Berlyn anno domini Milleesimo CCCXVII^o In Sancto die beati marci ewangeliste.

Nach dem Original, wovon das Siegel abgefallen ist.

XX. Vermächtniß Ludolph Seeligs an die Hospitäler des h. Geistes und h. Georgs v. J. 1319.

Pateat omnibus presencia uisuris, quod Nos Consules Ciuuitatis perlebergh presentibus protestamur, Quod Ludolfus dictus felix et sua vxor legitima domina Alheydis pia intentione, animarum suarum ob remedium et salutem, legauerunt pauperibus in domo sancti spiritus iacentibus Singulis distinctis quartalibus anni III^{or} modios siliginis et III^{or} modios brafei et pauperibus infra domum sancti georgii manentibus Similiter in quolibet quartal anni duos modios siliginis et duos modios brafei, quam inquam annonam procuratores ipsorum pauperum debent tollere suo tempore a molendino, quod presatus Ludolfus conuenit pro certo pacto a domo sancti spiritus ante dicta. Sed ista annona non debet vendi quo quomodo neque alias conuerti. nisi in panem et cereuisiam pro refocillatione pauperum predictorum. In huius rei testimonium presens scriptum Sigillo Sancti spiritus atque nostro protestabiliter roboratur. Est etiam a partibus arbitratum, ut Sigillum venerabilis Domini Johannis hauerbergenensis prepositi presentibus apponatur in memoriam firmiorem. Datum et actum anno domini M^o CCC^o XIX^o in die beati marcelli Episcopi et martiris.

Presentem copiam Nos consules ciuitatis perlebergh protestamur.

XXII. Der Kardinäle Ablassbrief für die Jacobikirche v. J. 1321.

Vniuersis sancte Matris Ecclesie filijs, ad quos presentes Littere peruenerint Nos miseratione diuina Egidius patriarcha Alexandrinus, Mathias archiepiscopus duracenus, zacharias Episcopus Suacinenfis, Stephanus Episcopus Lubucenfis, Cirillus Episcopus sancte Iuste, et Cirillus Episcopus ad partes tartarorum, salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili claritate illuminat, pia vota fidelium de elementissima ipsius maiestate sperantium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuuatur. Cupientes igitur ut ecclesia parochialis sancti Jacobi apostoli in Parleberg Hauerbergenfis Diocesis congruis honoribus frequentetur, et a cristi fidelibus iugiter veneretur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in festiuitatibus infra scriptis uidelicet sancti Johannis, Natalis domini, Circumcisionis, Epiphanie, Ramis palmarum, Parasenes, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, Corporis cristi, sancti Johannis baptiste, apostolorum Petri et Pauli omniumque aliorum apostolorum et Euangelistarum, Omnium sanctorum, sancte Crucis, sancti Michaelis ac in omnibus et singulis festis beate Marie semper virginis, Sanctorum